Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tamen nulla est sapientia. Talis fuit socrates. Talis plato et tullius. Tales fuerunt multi philosophorum et phanseorum. In quibus tamen nulla sapientia fuit. quia fontem sapientie non agnouerunt. Sapientia namq; huius mundi stultitia est.

Respice sion ciuitatem sollempnitatis nre. Oculi tui videbunt ierlim habitationem opulentam. Tabaculum quod nequaq; transferri potest. nec auferentur clauis eius in sempiternum. et omnes funiculi eius non rumpentur. quia solum modo ibi magnificus dominus ds nr. locus fluuiorum rum latissimi et patentes non transibunt per eam. Nauis remigum neq; trieris magna transgredietur eam. Dominus enim iudex nr. dominus legifer nr. dominus rex nr. ipse saluabit nos. Vide inquit respice terram de qua sancte et sapientes sublati sunt. Respice sion ciuitatem sam in qua nullus labor nulla inquietudo est. sed continua et eterna solemnitas. Vide ierlim habitationem opulentam in qua fluminum bonum in qua deus omnia in omnibus est. Tabaculum quod nequaq; transferri potest. Tabacula namq; in quibus quotidie annis uidei habitauerunt sepissime et translati et mutati sunt. funiculi quoq; quibus tenebantur et clauis quibus tenti affigebantur omnino perierunt. hec autem tabernaculum non manufactum. id est non humane creationis nunq; transferetur nunq; eius funiculi et clauis quibus mirabiliter et inestimabiliter firmati sunt potentium est rumpentur nel dissoluentur. Quare hoc. quia ibi solum modo magnificus deus nr. Vbiq; enim magnificus est. sed ibi principaliter ubi regnat. Vnam claritatem et magnificentiam scis ostendat. Locus fluuiorum rum latissimi et patentes. id est babilonis. Nabuchodonosor et romanorum et eorum qui hanc terrenam ierlim destruxerunt non transibunt per eam. Nauis remigum neq trieris magna. id est ipse diabolus qui alios portat sup quem peccatores per hoc mare magnum et spatiosum natant et nauigant non transgredietur neq intrabit per eam. Dominus enim iudex nr. cuius iudicia secundum quod nobis legem spiritualem et nouam dedit qui super nos et in nobis regnauit ipse saluabit nos.

Ecce sunt famuli tui et non prualebit sicut malus tuus ut dilatetur signum neq; nos. Tunc diuidentur spolia predarum multarum. Claudi diripient rapinam nec dicet infirmus elanguit. Populus qui habitat in ea auferetur ab eo iniquitas. Dicit fortitudinem superiorum tabaculi dicit nunc et refectionem infirmorum. id est ecce ierusalem. Laxati sunt inquit funiculi tui quibus tentabant qui te tenebant ne iniquitas. id est principes et prophetas. Non prualebunt qui te sustentare solebant. Sic erit malus tuus in quo prius extensis uelis currunt quasi naues ire et uolare solebas. ut nec signum per eum dilatare queas. Per quod datur intelligi iudeorum regnum i tantum defecit q omnium. ut nec signum id est signum de eo appareat. Tunc diuidentur spolia predarum multarum q in te collecta sunt. Illi tuam diripient rapinam. Claudi dum deus tecum et tecum deo fuisti claudi q absq; uulnibus contra te esterunt. Quod autem ait nec dicet infirmus elanguit. auditatem in cuiusmodi designat que in ea desperantes destituentur. nullum sibi iudeorum sustinet laborem. Populus qui habitat in ea auferetur ab eo iniquitas. Qui hic iudei dicent cum non solum populus verum etiam reges et principes et sacerdotes multi in ea iniqui habitauerunt. Sed quia ierusalem interpretatur uisio pacis. Illi soli habitant in ierlim qui pacem uident sequunt et diligunt. De qua scriptum est. Ipse est pax nra qfecit utraq; unum.

Audite gentes et audite et populi attendite. Audiat terra et plenitudo eius orbis et germen eius. Cum indignatio domini sup omnes gentes et furor sup uniuersam multitudinem eorum. Interfecit eas et dedit in occisionem. Occisi eorum proiicientur et de cadauerib; eorum ascendet fetor. Conuocat prophetas omnes gentes. ad audiendum quia ea que dicturus est non ad unam ciuitatem sed communiter ad omnes pertinent. Vsq modo enim cotidie ierlim locutus est. Nunc autem dicit. quia indignatio domini sup omnes gentes et furor sup uniuersam multitudinem eorum. Nullum excludit omnes simul peccatores comprehendit. Interficiet eos morte eterna et dabit in occisionem sempiternam interitus. Occisi eorum proiicientur in tenebras et de cadauerib; eorum aurior sterore putrescentib; ascendet fetor.

Tabescent montes a sanguine eorum et tabescet omnis militia celorum et complicabitur sicut liber celi et omnis militia eorum defluet. Et sicut defluit folium de uinea et deficit quoniam inebriatus est in celo gladius eius. Hic autem est ille sanguis quo psalmista cupiens mundari dicebat. libera me de sanguinib; deus deus meus. Tantum autem hic sanguis i iudicio